



## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica XV. Post Pentecosten.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

suos prouidentiam deprædicasset, nec hac forte petitione aliquod fidei suæ detrimentum adferret. *Erubuit, inquit, petere auxilium à Rege, quia dixeramus Regi, Manus Dei nostri super omnes qui quarunt eum in bonitate. quam-obrem nolite solliciti esse.*

Vestrum autem est, ex auditis, Catholici, vtilitatem elicere, Euangelium hoc præceptoris loco sit, Deoque ex toto corde seruire. mûdo valedicite, memineritis deinde, fieri non posse, vt quis duobus seruiat dominis, Deo inquam & diuitiis, illas nolite complecti, & ab auaritia quam longissime recedite. Cogitate adhæc, ditissimos quosque esse inquietissimos: & suis rebus contentos & quietos, esse ditissimos. Interrogatus olim Epictetus, quis diues inter mortales dicendus esset, ait, *Cui satis est quod habet: à Socrate etiam cum petitus esset, quis omnium foret opulentissimus, ait, qui paucissimè contentus est.* Democritus cum interrogaretur, quæ compendiosissima ad diuitias comparandas via esset, respondit, *si cupiditatem pauper fueris: quod qui fuerit affectus, suis contentus est, & satis habet: qui vero satis habet, & cui sua suffecerint, omnium est mortalium ditissimus.* Fugite itaque auaritiam, diuitias contempnite, nimiam sollicitudinem exuite, & diuinæ prouidentiae innitami.

Ad hoc scilicet, Euangelium tuum inuitat Domine, hoc etiam facere hodie proponimus, non diffidemus de tua, quam de creaturarum tuarum cōmodo habes, prouidentia: & sancte iuramus ac promittimus, nullū vnquam dominum præter te admittere, aut agnoscere: pollicemur adhæc ac fide data nos obstringimus, in diuina tua prouidentia semper nos confisuros. Valeant igitur curæ & anxietates de futuro, à liberali tua manu solum omnia necessaria nostra expectabimus. Et quoniam tu, & non alius, tam egregie volucres cœli enutris, quæ neque serunt neque metunt: quoniam lilia agri tanto decore & venustate conuestis, quæ nec laborant, aut nent, maiora haud dubie à te expectamus inquam, toties nos à te enutriendos, vestriendos, quoties opus fuerit. Spes igitur firma quam concepimus, & tua singularis prouidentia nos exstimulant, vt ad Euange-

lii præscriptum omnia terrena despiciamus, & quæ Beatorum sunt, in cœlesti habitaculo reposita, nancisci mereamur: nihil enim deerit illis, qui regnum Dei ante omnia quaesierint: ad quod nos deducant Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

## DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De triplici mortis genere.
- II. De mortis necessitate.
- III. De obliuione & memoria mortis.
- IV. De more, & honore funebri.
- V. De exportato defuncto.
- VI. De luctu vidua.
- VII. De excitato defuncto.

*Ecce defunctus efferebatur, filius vnus matris sua, & hæc vidua erat. Luc. 7.*

### FIGURA.

Celebris ille Propheta Elias, is inquam 1. Reg. 14. quem coruus esurientem pavit, quique, quem cœlitus aduocauit, quo Deo illas iniurias vindicaret, in Sareptam oppidum, haud procul à mari & Sidone situm, cum veniret: supernaturali quadam potentia, pauperulae vidua filium à morte ad vitam suscitauit: cuius miraculi fama per omnes mox Sidoniorum fines diuagata omnes in admirationem & stuporem rapuit. Hic vero videmus Iesum Christum, quem vt B. Iudæi suspiciebāt, Naim oppido tribus Isachar haud procul à Capharnaum, appropinquastem, adolescentem filium vnicum matri suæ resuscitantem: quo miraculo omnes Galilææ vrbes perculsæ & erectæ Christum vt hominem cœlo lapsum suspexerunt. Propheta puerum excitatum sospitem & vegetum matri reddidit: etiam Christus: quæ eum velut ab inferis prodeuntem amplexa est. Eadem vtrōq; circumstantiæ, & inter vtrumq; sympathia singularis: vtrōq; filius: vidua hic, vidua & illic: mortuus in Sarepta, mortuus in Naim, ad vitam redit, miraculum

Philosophorum  
apophthegm.



lum denique utrobique. Vnicum vero discrimen est, quod Elias precibus ad Deum fufis suum excitavit, Christus autem autoritate quadam & potentia absoluta. Hoc vobis mysterium hodie expositurus sum, modo Spiritus sanctus intellectum claritatis suæ lumine illustret, & Beatissima virgo patrocinio suo succurrat. In hanc igitur rem salutationem Angelicam offeramus.

## A V E M A R I A.

I. Magna peccati malitia est & peruersitas, Auditores, adeo ut verbis explicari, & oratione cōprehendi nequeat: & quamvis infinita in orbem inuenerit mala, quibus de illius nequitia augurari licet, in tribus tamen mortis generibus, quæ homini intulit, ea potissimum apparet. Morte scilicet corporis, quæ est naturalis: animæ, quæ spiritalis, tertia damnationis, quæ perpetua est. Adeo ut crudelitatis Ioabi, quam erga Absololum regni totius hæredem, sed in patrem pessimo Architophelis instinctu insurgentē, exercuit, hoc mihi loco non inopportune in mentem veniat, qua tribus eum lanceis transfodiendo, vitæ & honorum cursum interrupit. Infelix hic Absololum imago & typus erat protoplasti A Iam, qui cū immortalis ad immortalitatem gloriam, cæli coronam & beatitudinis successionē conditus esset, sed deinde aduersus Deum, patrem suum & regem, demonis instinctu & consilio insurrexisset: peccatum Ioabi instar ipsum persequens, tribus illum lanceis transfodit, id est, tribus mortis generibus subiecit, stolidum illius propositum inuertit, ambitiones & conceptus interrupit, denique vitam eripuit. vade Apostolus: *per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors*

1. Reg. 18. Vidit olim Daniel propheta prodigiosam quamdam belluam, visio similem, tres dentium ordines habentem, & infinitos homines deuorantē: *Et ecce bestia alia similis vno in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, Surge, comede carnes plurimas.* Cum bestiam hanc intueor propius, verum peccati hieroglyphicum mihi videre videor: ipsum namque ferox & porten-

tosa quædam bellua est, quæ in ore tres leiferorum dentium ordines semper præfert, id est, tria mortis genera, quibus mordet, laniat, & omnes omnino mortales deuorat.

Fingunt Poætæ mendaciorum artifices, & Cerberi fabularum concinnatores, apud inferos ca fabula moraliter exposita. nem reperiri tricripitem, qui ad orci ianuam excubans custodiat introitum & miseros damnatos infausto latratu allatret, atque hunc cerberum nuncuparunt. Hæc quidem fabula, hinc tamen veritatem elicere possumus, & dicere, peccatum trifaucem canem esse, tartari custodem, qui perpetuo miserum hominem, qui iam inde à paradisi terrestri amissione ad mortem condemnatus est: allatrat & impetit. Tria autem cerberi huius capita, tria mortis genera sunt, quibus omnes homines inuadit.

Tria esse refert Salomon, per quæ mouetur terra, & quartum, quod penitus nequeat sustinere. L. teralem sensum, quem ille intendit, omittens & ad solitas allegorias meas deflectens, dico tria hæc, quæ orbem vniuersum concutiunt, tria mortis genera esse, quæ omnia exagitant, & vastant, & quartum, peccatum esse, quod eadem inuexit, quodque penitus intollerabile. Vel potius dic hominem terram esse, cum scriptura dicat, *Terra, terra, terra, audi verbum Dei*: ac terra, quæ à tribus agitur mortis generibus, quibus homo ob peccatum iam inde ab incunabulis obnoxius est.

Tria quoque esse ait, quæ præ cæteris timeat ac vereatur, à tribus, inquit, *timuit cor meum*. Tria horribilia. Sui eadem ipse modo exponit: equidem alia via insistens, & littera relicta mysterium secutus, dico tria hæc quæ timorem incutiant, tria item mortis genera quæ peccato adducta sunt, non immerito posse appellari, mortem inquam naturalem, spiritualem & æternam, quæ adeo terribiles sunt & formidandæ, ut vnica illarum memoria omnes mortales percellere posset & cōcutere. Quid? annō ipsa mortis naturalis formido ita Christum in omnibus corporis & animæ partibus concussit & consternauit, ut sanguineo sudore totus maduerit?

Tres Ioannes in Apocalypsi plagas enumerat, quibus tertia hominum pars, igne, fu-



mo & sulphure extincta est, & enecta: Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominū, de igne, & de fumo, & de sulphure. Qui moraliter hoc exponere, & secreta eiusdem rimari voluerit, dicere iure poterit, peccatum esse homicidam, & sicarium, qui tribus plagis mortalibus, id est triplici morte, non tantam hominis partem, sed omnes profemodum mundi incolas obruncat & inuadit. O plagas letiferas & mortales.

Prima plaga est mors corporalis, quam peccatum originale inuenit: quæ sicut sapillus statuae Nabuchodonosoris, fragilitatis nostræ pedes feriens, corporis colossū & humanæ naturæ statuam in cinerem redegit. Audio scilicet Apostolum clamantem: Per unū hominem peccatum in mundum, & per peccatum mors. Corpus ante peccatum singulari quodam privilegio & gratia Altissimi, ab omnibus fortunæ vectigalibus & triburis liberum erat & immune, & aduersus mortem immortale. Sed postquam peccatum omnes illi dignitates eripuit, nobilitatem abstulit, ac velut plebeium & gregarium militē constituit: integrum illius exitum & interitum machinans, ad cineres & sepulchrum ipsum condemnauit. Decretum mortis audire vultis? Annon Adamo in terrestri paradiso dictum fuit: Puluis es, & in puluerem reuertetur.

Secunda, est mors animæ, quam spirituale homicidium dicere possumus, quam tunc anima subit, quando gratia excidit: hanc enim ubi amittit, vitam amittit, quod enim corpori est anima, hoc animæ gratia: ac de illa Apostolus locutus intelligitur, Existimate vos mortuos quidem esse peccato. Et in Epist. ad Ephesios, Cum essetis mortui in delictis & peccatis vestris, quasi diceret, Cogitate & animo voluite tempora illa, quæ Euangelii promulgationem præcessere, in quibus in peccatis mortui eratis & sceleribus grauissimis. Quis vero de hoc dubitet, cum aperto scripturæ testimonio constet, dicentis, Anima qua peccauerit ipsa morietur.

Tertia plaga, mors est æterna, peccati abortiuum, tartaro prognatum: hanc Christus Iudæis olim interminatus est, quod penitentiam agere contemnerent, Et in peccatis vestris moriemini. In peccatis autem mori est,

damnationi obnoxium viuere, in æternum iucundissima Dei visione priuatum esse, in suppliciis sempiternis agere, & mortem perennem subire. Docuit hanc me philosophiæ Psalmographus, sicut oues, inquit, in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Primum quidem è tribus hisce mortis generibus graue est & metuendum: dicit enim Aristoteles, omnium terribilium terribilissimum est mors. Secundum autem longe deterrius: at tertium maxime formidandum. Docent quippe Psalmi carmina, mortem peccatorum esse pessimam: cui suffragatur etiam Augustinus dicens: Illa autem mors est grauior, & omnium malorum pessima, qua non fit separatione animæ & corporis tantum: sed in æternam pœnam potius vtriusque complexu. ibi enim erunt homines semper in morte, ac per hoc nunquam viuentes, nunquam mortui, sed sine fine morientes. Huc etiam spectabat Redemptor ipse, cum in Euangelio diceret Apostolis, Timeate eum, qui potest animam & corpus mittere in gehennam: id est, non metuite corporis mortem, quæ gladio inferatur aut laqueo, sed infernalem, quæ à peccato originem trahit.

Cæterum duobus postremis mortis generibus omissis, de primo hodierna die, occasione Euangelicæ historiæ, in qua adolescens defunctus ad tumulum deferabatur, loqui decreui. funeris exequias & pompam funebrem describit Lucas: Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa: cum autem appropinquaret porta ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Ut autem tristes has exequias & feralem pompam ob oculos vobis ponam, primo de adolescentis huius morte, ac deinde de eiusdem resuscitatione verba faciam. Ad audiendum vos accingite, equidem me ad dicendum dispono.

Prime igitur partis fundamentum sit, mortem omnibus in genere hominibus communi esse, & neminē ab eiusdem tyrānide & leonibus viuere immunē. Quis est homo qui viuat, & non videbit mortem? ait olim David: & cordata illa Thecutis Absolomū profugum patri reconciliare satagēs, Omnis morimur, & velut aqua dilabimur in terram. Apostolus vero ait, statutū esse omnibus hominibus semel mori.

Orige-

Dan. 2.

Rom. 5.

Rom. 6.  
Ephes. 2.

Ioan. 6.



h. 13.

Origenes, qui anno CLXXXIX. natus, tandem ob fidei Christianæ defensionem capite plexus est decimo Imperii Seueri anno quodam loco scripsit, duas quidem Deum officinas in mundo constituisse, vnā herbis & simplicibus medicamentis refertā, aduersus corporis dolores; alteram scripturæ, quæ animæ morbis mederetur; nullam vero mortis depellendæ medicamen instituisse. Quod longo ante tempore prædixerat sapiens, *Non est medicamentum exterminij.* Vnde & postea triualis ille verficulus inuentus: *Contra vim mortis non est medicamen in hortis.*

lap. 1.

Eg. regium  
Alexandrii  
apophich.

Philosophi nonnulli cum obsequiorum Alexandro Macedoni impensorum mercedem postularent, atq; ille annueret, dicens, *Quam volueritis, petite, & haud dubie impetrabitis.* Tū omnes vna voce dixerunt, *A morte nos immunes præsta, & immortalitate dona.* Quo audito rex sapienter respondit, *Nemo dat, quod non habet.* Cur igitur, inferebant illi, cum te Parca huic obnoxium fatearis & ceterorum mortalium instar mortalem, pateris assentatores auribus tuis occinere, in æternum vine? Edocere videlicet superbientem volebant, suæ vt fragilitatis & vilitatis meminisset, sibi que persuaderet, esse se non minus quam alii, mortis obnoxium: & ipsum mori, oportet esse omnes cogens, & quod à nemine cuitari queat.

Apoc. 6.

Scribit Ioannes in Apocalypsi vidisse se equitem pallido insidentem equo, cui in quatuor orbis terminos data esset potestas: non aliam autem equitis huius expositionem adducemus, quam eam ipsam, quam Ioannes ipse attulit, mortem per hunc denotari dum ait, quæ citato cursu per omnia diuagatur: pallidus autem est quod hominibus pallorē inducat: potestatem habet per omnia diuagandi, quod mortis iurisdicatio vniuersalis sit, & omnes illi arma submittant seruis aut citius, & corā eius tribunali compareāt necesse est.

Exod. 18.

Habebat olim Israeliticus Pontifex duab. insculpta gemmis nomina duodecim tribuū filiorū Israel. Dicunt alii quodecunq; voluerint, equidē doctiorum opinioni insistēs, dico ideo id factū, vt visis hisce nominibus, & Patriarcharum mortuorū reminiscens, suæ etiam mortis recordaretur, sibi proponēs nō melioris se conditionis futurum: simul etiam

vt omnes inde discerent, mortem generalem esse, eiusq; leges omnibus communes.

Veteres, vt vitæ humanæ statum repræsentarent, ludos circenses instituerunt, qui ceteram vitæ nostræ transitum denotabant. currebant in circo quatuor quadrigæ, quorū aurigæ suos habebāt colores: primæ erant præstina, atq; hæc ver denotabāt: secundæ flaua, & his æstas signabatur: tertiæ venera, & autumnum figurabant; postremæ candida, quibus hyems denotabatur. Equi colorati erant & notabant humores & quatuor qualitates, vitæ nostræ præfides, & in corpus dominantes, calidum siccum frigidum & humidum: phlegma, choleram, sanguinem & atram bilē. Quadrigæ ita instructæ in stadio circulari agitabantur, quod ab hac forma circus videbatur, sed tanto impetu celeritate, flexibus & reflexibus, vt magnā. intuentib. admirationē afferrent. Innuere volebant, vitam hanc nostrā perpetuum cursum esse, quæ magno nos impetu ad mortem abripit, anni sc. aurigæ sūt, & quatuor vitæ ætates, varii colores quibus currus hi ornabantur Idq; ex mente S. S. in qua de improbis & sceleratis dicitur: *sed & Sap. 11. astimantur lusum esse vitam nostram, & cōuersationem vitæ compositam ad lucrum.*

Ludi circenses veterum vitæ humanæ cursum repræsentant

Quod ex ætate hi ethnici hoc emblemate designarunt, Nabuchodonosori regi & simul omnib. in genere hominib. olim Deus ad oculum in alia quadam figura demonstravit. Hic igitur rex eo insolentia cū venisset, se vt immortalē crederet, & quid amplius ceteris hominib. possidere, hoc à Deo somnio, vel potius viso ad meliorē mentē reuocatus fuit. Vidit igitur dormiens ingentē statuam, è variis constatā metalli generib. in quib. omnes vitæ nostræ statur, tum qui modo sunt, tum qui futuri, repræsentantur. aureum illius caput imago erat regum & principum, brachia argentea, consiliatorum, prælatorum, & iustitiæ ecclesiasticæ, quod brachium seculare vocant & ecclesiasticum, quorum vita instar argenti tinniat, & honestatis sonitum edat: venter & femora ænea, militū, armatorū, pugilū: pedes lutei & ferrei, totius plebis ac vniuersæ reip. & ecce cū hæc somnians animo agitare vel potius agirādo somniaret, ecce lapillus luteis statuæ huius pedibus aduolutus oēm hanc machinā in terrā diexit, & colossū

Dan. 2.  
Statua Nabuchodonosoris moralis expositio.



redegit in cineres. Exponite regium hoc somnium vt lubuerit, & ei quam volueritis interpretationem ascribite: equidem semper credidero mystice hic designatum, omnes morti esse obnoxios, & minima occasione data tam magnos quam pusillos, tam diuites quam pauperes ad tumulum descendere & in cineres conuertri. An non hoc egregie est somnia interpretari?

Ioel. 1.  
Ioelis visio  
a legorice  
expofita.

Ioel Propheta visis quatuor plagis sanguineis, quas in populum se immisurum Deus comminabatur, postquam omnes terræ incolas ad tam tragicum ac funebre spectaculū inuitasset ait, *Residuum oruca comedit locusta, & residuum locusta comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.* Ille quidem de insectis locutus est, sed visionem hanc alii diuersimode exposuerunt: sunt qui credunt, quatuor hic monarchias designari, Chaldeorum vel Babyloniorū, Persarum vel Medorum, Græcorum & Romanorum. Alii vero de ingenti illa fame quam Deus terræ immisit, quando insecta & animalcula segetem, militum instar per agros grassantiū, demolita sunt. Ego vero cum plurimis magni nominis viris, de morte eadem intelligo, quæ deuorat ac depascitur omnia in mundi huius agro, vt nulla sit arbor, quam non depascat, honores, nobilitatem, diuitias, sciētiā, &c. quod sed. fortuna intactum præterit, quod morbo eripi nequit, quod bellum fecit reliquum, mors tandem auferet ac diripiet, atq; ita factum, vt residuum bruchi comederit rubigo. Quamobrem concludo, mortem omnibus communem esse, eiusq; memoriam assidue conseruandam.

III.

Postquam Deus statuam, quam superius iam descripsimus quæ mortem denunciabat, Nabuchodonosori dormienti ostendisset, astu & vafritie factum est diaboli, qui illius memoriam semper ex animo nostro delere conatur, vt mane experrectus somni penitus fuerit oblitus: at Deus qui eam nobis semper ob oculos & in animo versari vult, Danielē ei destinauit, qui somnium exponeret, & interpretem ageret. O dementiam hominum! in lecto vitæ huius interdum, sortis nostræ variationem mutationemque in mentem reuocamus, & ad vmbra[m] vsque mortis per-

tingimus, sed confestim nos retrahit diabolus, eiusque memoriam animo euellit; at mortis oblitum Deum, qua est bonitate, qui nullo non tempore salutis nostræ studiosus est, Danielis inducit. nobis excitat, concionatores inquam & doctores, sanctasq; inspirationes, qui de morte nobiscum agant, memoriamque cineribus sepulchralibus conspergant.

Victima quæ ex voto Deo offerrebarur, cauda & auribus carere non poterat: Textum legis exponens Glossa, ait per animal cauda carens eos intelligi debere, qui de morte & iudicio, quæ hominis extrema sunt, ac quodammodo vitæ cauda, non cogitant.

Adam postquam peccasset, & graue illud delictum inobediētiæ aduersus diuinam maiestatem admisisset, nuditatem velauit, sed idque foliis ficulneis. S. Athanasius intima mysteria rimatus, ait, post quinq; annorum millia ideo duntaxat Christum ficulneæ deinde maledixisse, quod peccatori erubescenti, in nuditate naturali tegenda, vsui fuerit: non quod hinc inferre velim, nolle Deum peccati huius effecta regi, qualia sunt nuditas, sitis, fames, frigus, mors, & aliarum calamitatum series, sed velle vt ita nuditatem nostram tegamus & pudorem vt præcipuus tamen peccati effectus, id est mors, pateat & ab omnibus videatur. Hinc est, quod primos illos præuaricatores mortuorum animalium exuuiis vestiuerit, ideo namque eorum masculos, femel is prægnantibus ad speciei conseruationem referuatis occidit. Arque hæc ex Athanasio, Theodoro, Origene: quorum postremus in Leu. hom. 6. ait, *Decebat vt peccator se talibus vestimentis indueret, quæ essent insignia sua mortalitatis, ne posset præterdere obliuionem vel ignorantiam sua mortis.*

Nemo profecto dubitet, quin mortis memoria in primis sit necessaria, nullaque haberi in mundo academia potest, in qua plura quis discat quam in schola mortis. In cuius rei signum crediderim Deum Ieremiam, vt salutaria monita perdisceret (qui enim docere velit plurima, plurima quoque norit, necesse est) ad figuli officinam misisse, vidit hic doctus ille discipulus non nihil argillæ rotæ imponi, & in vas quamprimum aptari, & deinde ex alia argilla aliud adeo-

De variis  
quæst. q. 3  
in Genes.

Ierem. 18.



adeoq; vt die exacto plurima vasa efformata sint; quorum hoc tumpebatur, antequam è rota existeret, illud inter siccandum, alia inter coquendum, alia iam cocta ad vnum durabant diem, alia vero diutius. Attamen omnia quoniam è luto & argilla efformata erant, facile rumpi poterant, & ad minimum impetum concussionemq; in frustra diffringi. Hæc te terra ô propheta, hoc è lutum, hæc è rota, hæc figuli officina doctiorem reddent, quam omnes academiæ cathedræ, *ibi audies verba moa.* Hæc quæ mysteria! Hæc officina, mortis est academia, figulus; natura, nos vasa, rerum vero omnium vicissitudo & commutatio, tota est. Quænam Deus bone rota! Generatio enim vnus est corruptio alterius, ait Aristot. *Generatio præterit, & generatio aduenit,* ait Ecclesiastes, nasci & mori ipsa ostendit experientia. Vna processio mortuorum, altera viuentium: alii abeunt, succedunt alii, hi è multis viuunt annos, illi ad paucos & statim franguntur, eo quod fragiles & lutei sunt. Ad hanc Academiam quot quot estis, confugite Christiani, omnes mortis recordemini, hæc nempe Philosophia est omnium profundissima: ad hanc officinam properate, videte fractiones, collisiones, collisiones & ruinam mortis. Atque vbi mortem cognoueritis, vos ipsos noueritis.

Huius rei figuram esse credam mirabilem illam cæci nati in Euangelio curatione, qua non corpus modo, sed & animam Dominus illuminauit: in qua inter cæteras cærimonias, lutum adhibuit, oculisque imposuit, vt nimirum in sui ipsius cognitionem veniens ad Dei tandem cognitione perueniret. Hinc Psalmista dixit, *Mirabile facta est scientia tua ex me.* Dum enim propriorum meritum exiguitatem & mei ipsius vilitatem considero, te ipsum cognoscere incipio.

Ignorantiæ symbolum Cæterum veteres mirabili quodam symbolo ignorantiam designarunt: animal scilicet pingebant pedibus leoninis, facie muliebri, & plumis totum corpus coopertum: monstrum hoc plurimos in dies neci dabat, & infinitos ad orcum detrudebat, idque non fetore autense, sed ænigmatica quadam quæstione, scilicet. *Ecquod est animal, quod nascens sit quadrupes, in iuuentute bipes, in senectute*

tripes. Hanc qui quæstionem soluere non posset, vitam certo certius amittebat: quicquid autem ignorat, quodnam hoc sit animal, se ipsum ignorat: ipse namq; homo in pueritia quadrupes est, in adolescentia & virili ætate bipes, in senectute tripes, cum seipione gressum firmat & huiusce rei ignorantia inferos adauget, & tartarum damnatis opplet. Adde insuper in vario hoc monstro, Philosophos omnium peccatorum compendium includere voluisse, quæ Ioannes ad tria redegit capita, *Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Oculorum concupiscentia, leo est. carnis desideria, mulier, & superbia vitæ, an non plumæ? omnium autem horum causa ipsa est sui ipsius ignorantia, cæcitas animi, & mortis obliuio.

Porro dici non potest, quam sit necessarium mortis semper meminisse. In huius rei signum voluit olim Dominus altare in quo victimæ offerrentur, è terra erigi, *Altare de terra factis mihi, & offerretis super eo holocausta & pacifica vestra.* Qui enim gratum Deo sacrificium offerre voluerit, in sui ipsius cognitionis altari id offerat, & ab ara terre ipsam proficiat, à corde inquam, quod è memoria mortis compactum sit, & è terra mortis propriæ constructum.

S. Bernardus cum probe nosset, quantum sui ipsius cognitio & vanitatis memoria emolumentum adferret, librum composuit, in quo hanc cognitionem latius deducit, cui & titulum præposuit, *De consideratione ad Eugenium Papam:* alud potro integro hoc libro non intendit, quam qui se cognoscere vult, à seipso incipere, & in seipso desinere debere, & simul omnes adhortatur, vt hunc de manibus non deponant, quod veræ scientiæ & totius Philosophiæ mundi huius breue quoddam sit compedium. Ipse etiam Augustinus, magnum illud Ecclesiæ columen, uisse optat aliud à Deo non postulabat quam scientiam & cognitionem, sed eam in duo diuisam membra, sui ipsius se & Dei notitiam, *Domine nouerim te, & nouerim me.* Nemo autem se ipsum potest cognoscere, si de morte non cogiter, quæ in essentia nostrâ intus inhaeret, & auelli non potest.



Aristoteles & omnes propemodum Philosophi docuere rerum cognitionem à causis & Principiis veris originem habere. *scire, inquit, est rem per causas cognoscere.* Hisce ipse vestigiis insistentes dico, vt homo plene cognoscatur illius esse notanda principia, quod mirum fragilis sit, mortalis, terra cōpositus, & in cineres redigendus. Vera sunt hæc principia, & sacra Scriptura axiomata, fidei articuli: quiq; seipsum plene cognoscere voluerit, & ad veram sui ipsius notitiam pertinere, hæc noter axiomata, Christiana religionis fundamenta & bases.

Chryf. in  
Mat. 16.

Chrysof. verba illa Matthæi, *qui vult venire post me, abnegat semetipsum & tollat crucem suam*, exponens, ait hunc sequi Christum, eiusque crucem in humeris gestare, qui per vitam huius plateasita ingreditur, ac si quotidie in crucem ageadus esset, mortem semper ob oculos & in animo habens. Maleficus enim cum ad suspendium ducitur in via non ridet, sed quo propius ad supplicii locum accedit, quo & frequentiores edit gemitus & largiores effundit lacrymas. Innuere magnus ille Doctor vult, mortis & cinerum sepulchralium memoriam, omnem risus, iocorumque occasionem præscindere, & eorum recordari, esse crucem Christi humeris gestare, & seruatoris præcepto obsequi, nam qui mortem perpetuo cogitat, ridere profecto & lasciuire non poterit.

Lazarus à  
morte ex-  
citus nū-  
quam de-  
inde risit  
amplius.

Referunt Lazarum, postquam à morte ad vitam rediit, nunquam deinde amplius risisse, quod semper ob oculos haberet horrorem factoremque quem olim expertus esset in sepulchro, & quem iterum sibi imminere certo sciret, mortem igitur ob oculos semper haberetote, & nunquam lasciuieris.

Amos 3.

Amos Propheta, Isaia & Osee æqualis (cuius liber mera & continua ad pœnitentiam exstimulatio est, peccata coarguens, & graues delinquentibus pœnas interminans) iratum ait Deum Moabitibus, quod regis Idumæorum ossa iam sepulta eruerint & in cineres redegerint. *Super tribus sceleribus Moab & super quartum non conuertam illos, eo quod incenderint ossa regis Idumæa usque ad cinerem.* Quo docemur, Deum ad iracundiam commoueri, quando mortuorum ossa inuen-

tur & eruuntur, id est, quando defunctorum & mortis memoria ex animo euellitur & ab oculis auferitur.

Refert in commentariis suis in Iosue An. Mylitas dreas Masius, Iosiam Iudæorum ducem mortuum in extremis Palæstinæ limitibus sepultum esse, in loco qui nomē è sole habet quod Masius à statua solis illic erecta mutuatus sit. Aiuat Iosua nonnulli Rabinorum hanc in illius sepulchro collocatam, qua declaratum credo, hunc ipsum qui olim soli imperauerat, eiusq; cursum in medio cœli axe interrupperat, mortis imperium euitare non potuisse, sed illius armis celsisse. Vel forsitan hoc ideo factum, vt hinc disceremus magnam sepulchram & tumulum soli expositam & in omnium oculis versari debere, id vt paruuli & plebei videntes mortem & cineres magnorum ac regum suorum etiam recordari assuescant.

Ioseph Patriarcha cum mortem instantē in mentem reuocaret, sese que propediem ad patres apponendum sciret, fratres oblectatus est ossa sua vt ex Ægypto secum in terrā promissionis asportarent. Hinc Rabini & veteres Hebræi sibi persuadent, quamprimum vt ex hoc mundo Ioseph discedit, illius ossa magnifico cuidam loco imposita fuisse, & in exitu Israel de Ægypto, arcam fœderis agmen præcessisse, & duxisse, Iosephi vero reliquias agmē clausisse & custodisse. Quæmodum vero in Arca tria erant notabilia, legis tabulæ, virga Aaron, & Manna: ita quoque in feretro Iosephi tria fuisse non minus admiranda, sc. legem, qua iā inde à mundi exordio omnibus hominibus statim fuit semel mortis, deinde virgæ iustitiæ, eo quod nullus à terribili hac lege eximi potest, Tu terribilis es, qui resistit tibi ex tunc ira sua. Id est, iam inde ab Adami peccato, paradisi amissione, & ad mortem condemnatione. Postremo manna nō abfuisse, id est, certā resurrectionis spem. Prior arca aduersus visibiles inimicos tuebatur, posterior aduersus invisibiles & æreas potestates, peccata iniqua & diabolos: quod mortis memoria, præterquā quod summe sit necessaria, non mediocrem etiam aduersus dæmones & peccata utilitatem suggerat.

Mosem mortuū sepeluit Dominus in valle Moab contra Æbgor: idque non aliam ob causam.



fam, & ait hoc loco Procopius Gazæus, quam ut imposturam illius Idoli cōpesceret ac frānaret. Erat namq; hac in valle fanū Priapo lasciuæ & libidinis Deo dedicatum: aduersus carnales hæc illecebras cum Deus repagulum vellet obiiicere, aliud aprius nō inuenit, quam mortis & cinerum memoriam. Nihil enim melius refrēnat & cōpescit carnis appetitus, eiusq; titillationes magis reuēdit, quam mortem præ oculis semper gestare, & nullo non loco ac tempore eiusdem reminisci. Eodem deinde loco sepultus fuit filius regis Moab, vt mortis memoria hoc à loco nunquam recederet.

Mortis memoria aduersus peccata vtilis.

7

Psal. 72.

Psalmographus cum rationem redderet, cur tot delicta, & superbia præsertim, inualefcerent, aliam reddere non potuit causam quā quod raro aut nunquā mortales mortis recordarentur: & quemadmodum sibi persuadebat, eiusdem memoria peccata effugari, ita quoque ab obliuione illius omnia in mundum mala manare, *Non est respectus mortuorum, ideo tenuit eos superbia, aperti sunt iniquitates & impietate sua.* Sāctus Hieronymus autem ex Hebræo vertit, *Non cogitant de morte sua, ideo tenuit eos superbia.* Adeo vt peccati causa sit rarior mortis memoria.

Vnica hæc cogitatio Dauidi regi ad passiones compescendas, & carnis pruritus coercēdos sufficiebat: ita quippe de seipso fatetur, *Cum cōsisteret peccator aduersum me, obmutui.* cum vero ad vindictam de inimicis capiendā exstimulabatur, dicebat, *Notum fac mihi Domine finem meum,* id est: Animum meum elatum deprime Domine, affectus retunde, appetitus mortifica, me humilia, me inquam qui mortalis sum, & propediem moriturus. Atq; vnica hæc cogitatio animum illi eripiebat, & obmutescere cogebat.

Psal. 38.

Exod. 12.

Grauiissimas Pharaonem & optimates eius per Aegyptum grassari viderunt plagas, quibus ad cōnitentiam & agnitionem peccatorum deuenirent, viderunt inquam muscas, ranas, grandinem, tonitrua, tenebras, sanguinem, animalium stragem, sed omnium postremum primogenitorum interitū. Quo tristi spectaculo ita Pharaon & vniuersum regnum concussum & consternatum fuit, vt Hebræis quamprimum abeundi facultatem

concesserit. Tantum scilicet metus mortis & vnica cinerum memoria in regum pectoribus efficere potis est.

Scelerum mors est, mortis recordatio, & Mortis singulare ad omnium rerum contemptum memoria inducendum est remedium. Mirantur non omnium nulli sacrorū Bibliorum interpretes & quæ rerū conrunt, vadenam tam liberaliter sua Hebræis temptum abeuntibus Aegyptii traderent, quasi eadem inducitur prodigerent, & negligenter: & omnes asseuerat, vni mortis formidini id esse adscribendum, quod sc. lachrymis suffusi, & dolore & luctu ob mortem primogenitorum exanimati, ac quodammodo vniā, pertæsi erga argentum & aurum non afficerentur, sed eadem potius negligenter & vili penderent.

Alii curiosarum rerum indagatores aliam *Num. 13.* quæstionem proposuerunt, petentes, *Qui factum fuerit, vt duodecim illi exploratores, quos Moyses in terram promissionis misit, tam amice ab omnibus exciperentur, loca omnia & munitiones curiose explorarent, & tandem etiam fructibus illius onusti in castra ad suos redierint.* At duo illi, quos Iosue *Ios. 1.* deinde post aliquot annos misit, magna adierint pericula, vt à Raab meretrice occultari clanculo debuerint, ni vitam amittere doluissent. Post varia allata, tandem concludunt, nullam aliam rei huius statui rationem posse, quam eam ipsam quam S. Scriptura attingit: quod scilicet eo quo primi exploratores missi erant tempore, pestis & contagio per vniuersos regni Chanaan terminos grassaretur & Chanaanæ suorum funebribus adornandis intenti, ac mortem instantem meruentes, loca munita & arces suas negligenter, & hereditatis curam ommitterent, nam facile, teste Hieronymo, contemnit omnia qui semper cogitat se moriturum. At vbi posteriores in terram hostilem descenderunt, nullus omnino de morte in vniuerso regno loquebatur, sed omnes rebus suis defendendis, restaurandis arcibus, diuitiis parandis incumbentes, hostes regno arcere conabantur.

Testamenti tabulis statuit Semiramis re- *Semiragina,* vt sepulcri sui lapidi hi characteres in- *midis re-* *sculperetur, Q R P E D M. Q Q. V S.* id est, *gina Epi-* *Quisquis regū pecuniis eguerit, demolens monu-* *taphium.*



mentum, quot quos uolet sumit. Darius autem Persarum rex hos characteres cum legisset auri cupiditate extimulâre, sepulcrum thesauri reperiendi spe sibi proposita referauit. Sed spe frustratus fuit, nihil enim præter ossa, foetores & putrescens cadauer illic repertum, cum hac epigrapha, *Nisi malum & pecuniarum inexplabilis fores, mortuorum loculos nunquam mouisset.* Et quamuis hoc ridiculum, & Regina hæc pudoris tantum incutiendi gratia id scripserit, hinc tamē edocemur mystice, nullum haberi in mundo thesaurum posse meliorem, & ditioem quam mortuorum interdum ossa excussisse: & sane si quis morti consulenti auscultare uoluerit, ditissimus breui futurus esset, omnes namque virtutes diligeret & vitis omnibus ualediceret, omnemq; uanitatē mundi contemneret. Ceterum mors huius adolescentis longiorem hunc tractatum expressit, sed tempus iam est eundem tumulo inferendi, ac materiam reliquam, uti promiseramus, prosequendi.

IV.  
Naim si-  
sus.

Christus igitur opido Naim appropinquans (quod in Galilæa situm haud procul à Capharnaò aberat ac bis mille passibus à monte Thabor) *ecce defunctum efferebatur filium unicum matri suæ.* Hic porro occasione data, de sepulturis, exequiis, mortuis, tumulis loquendum est. Ex hoc etiã Euãgelio discimus, ueterem & bonã illam cõsuetudinē mortuorum in fide Christiana ac fidelium honesto loco sepeliendorum: quod hætenus semper summa religione & inuiolabili cõsuetudine, obseruatum est, & imprimis apud Iudeos, sed tã longinqua temporum successione, ut iam inde ab ipsis mundi, ut ita dicam, incunabulis ueterimos eorum maiores in funeribus, adornandis uideam occupatos. An non pater fidelium Abraham Saræ uxori mortuæ sumptuosas exequias parauit? Iacob etiam mortuus è terra Aegypti transportatur, ut in sepulchrum patrum suorum inferretur, cuius funus omnes Aegypti nobiles & purpurati cohonestant. Ioseph morti proximus fratres rogauit, sui ut post mortem funeris & tumuli rationem haberent. Ipse etiam Tobias senior testamentum condens filio iniunxit, corpus suum uita cessum terræ ut mandaret dicēs, *Cum acciperit Deus animam meam, corpus meum sepeli-*

Gen. 23.

Gen. 50.

At maioris in pretio sepulcræ honor fuit. Ioh. 11. in nouo testamēto. Nobilis ille Lazarus magno honore & apparatu tumulo illatus fuit: generosus etiam athleta Stephanus lapidibus obrutus à uiris timoratis sepultus est, *sepelierunt Stephanum uiri timorati.* Ipse etiam mundi seruator Christus sepulchrum habuit gloriosum, procurantibus funus illius & uelut pollinctoribus Iosepho ab Anna thia nobili decurione, & Nicodemo maximi apud Phariseos nominis, quod præuidens Propheta ait, *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Esa. 55.

Magnificas etiam in sacris literis reperio funeris stipitationes & exequias: Abneris funus prosequatur Dauid rex & uniuersa Israelis nobilitas, lacrymas & gemitum intemis deductum pectoribus, eius tumulo uelut inferias mactantes. Galaaditæ Saulis & omniū Iudææ Principum, qui in conspectu Gelboe à Philisthæis erant interempti, corpus solenni pompa sepelierunt, quin Dauid in regno successor tam grati animi certior redditus, nuntios in Galaad misit, qui ingentes ob hocce gratitudinis beneficium in regis manes collatum gratias agerent. Iudas Machabæus magnus ille & generosus bellator, erga mortuos benignus, militum suorum bello interfectorum corpora terræ inferri mandauit quorum exequias omnis illius exercitus magno luctus argumento prosecutus est, quin & pro animabus eorum, si quod forte in purgatorio supplicium incurrisset, magnam auri vim in templo offerri præcepit. Vidistis ne exequias & funus augustius quã ipsum Iacobi Patriarchæ, cui uniuersa Pharaonis aula, omnes regni Principes & optimates Aegyptii interfuerunt?

Magnis etiam effertur in literis sacris senior Tobias laudibus, quod cum in captiuitatem Assyriam sub rege Sennacherib, (cuius benignitas per Angelum euerit ac dissipauit,) abductus esset, regis præceptum, ne quis Iudeos hinc inde per agros occisos sepeliret, quo à bestiis deuorarentur, quod inquam Deo magis quam regi obsequens ciues suos interemptos, huc & illuc sparsos domum claculo deferret, quos deinde noctu tenebris

uium.



visum impediens, tertia, magno affectu & obsequio, mandabat. Quod & Angelus Raphael deinde, merita illius recensens, velut præclarum quid & magna dignum mercede extulit & exaggeravit: *Quando sepeliebas mortuos & abscedes per diem in domo tua, & nocte sepeliebas, & relinquebas prandium tuum.*

Ipsi etiam gentiles, religionis veræ expertes erga defunctos tamen se benignos & pios ostenderunt, & funera iis præclara instituerunt & exequias solennes Alexander Macedo, ut refert Plutarchus, integritum amicorum Hephæstionem; multis diebus luxit, & deinde honorificas ei paravit exequias, omnem quoque exercitum luctum voluit induere, & ut equi luctum etiam præferrent, iubas illis demi iussit, & urbem in qua mortuus erat, muro spoliari, ut etiam saxa ipsa luctum quodammodo ostenderent.

Maximus Valerius de obsequio erga mortuos exhibendo, ad quod à natura nos obligari creditum est, agens, refert Simonidæ dum post navigationem per litus obambulat, in inhumatum incidisse cadaver à mari in litus eiectum, quod pro eo quod mortuis debemus obsequio, ultimo sepulcri honore affecit. Nec ingrato beneficium præstitit: nam cum post aliquot dies cœpta navigationem proficere vellent & mare cõscendere, in somnis apparuit illi mortuus, & ut navigatione differret adhortatus est, si vero mare conscendere certo decreuisset, vitæ amittendæ periculum imminere præmonuit. Poeta bene consulenti credens, & navigationem in aliud tempus reiiciens, sociis ut idem facerent cõsuluit, sed illi hæc explodentes vix mare conscendere, quin statim ex orta subito tēpestas, & naui contracta, inspectante in litore Simonide, perierint. Idē ipse Simonides diis gratus & acceptus fuisse visus est, cuius salus ab imminente exitio defensa, ruinæ quoque subtracta est: Carnanti enim apud amicum, in Cranone, Thessalæ opido, nuntiatum est, duos iuvenes ad ianuam venisse, magnopere rogantes ut ad eos cõtinuo prodiret: ad quos egressus neminem ibi reperit. Ceterū eo momento tēporis trichnium in quo ceteri epulabantur, collapsum omnes cõuiuas oppressit, fabulam hoc esse si velitis credere, per me

licet, equidem vero id accidisse crediderim, atq; inde infero, non ingrato nec in cassum beneficium conferri, quod mortuo impenditur, & si in corp⁹ & cadaver extinctū grati fuerimus, animas ipsas in altero obambulantes mundo beneficio accepto gratias, citius aut serius pari pari referre. Sanctū quid ingitur & pium ipse sunt exequiæ & sepultura, nullaq; vnquam natio adeo barbara existit, itaq; ab omni humanitate aliena, quæ honorem sepulcralem saltem aliquē mortuis denegari: dixi aliquem, nam eadem apud omnes non fuit mortuorum sepeliendorum ratio, quorum aliquotiam recensebo, & eas diuersas & penitus inter se discrepantes.

Lothophagi, Africæ incole, haud procul à Syrtibus nauuoris siti (dicti autē Lorophagi, quod loto victitent, quod arboris genus est, rerum omnium & præsertim patriæ obliuionem inducens, quam cum Ulyssis socii huc appulsi gustassent, vix, ut Homerus ait, nauim in patriam nauigaturi cõscendere potuerunt: adeo ut adagium vulgo tritum inualuerit, *Lotum gustasti, λωτον εφωγας*, in eos torqueri solitum, qui æquo diutius in alieno solo moriatur & in patriâ reuerti vix queunt) Lorophagi inquam defunctos mari iniiciebant, & loco tumuli oceanum iis concedebant. Pannonii vero, qui hodierna die Hungari, in lacus eosdem iniiciebant, ut ita à piscibus deuorarentur, ut refert Laertius.

Bactriani, qui ad extremos orientis fines, vltra Assyrios siti sunt, quorum rex aliquando fuit Zoroastes, primus magiæ auctor, & quorum imperium in mille vbes extendebatur, hi inquam crudelitate & feritate notissimi, defunctorum cadauera canibus, quos publicis in eam potissimum rem sumptibus alebant, obiciebant, atq; eorum alium hominum esse teceptaculum volebant. Testatur hoc in Tusculanis quæstionibus Cicero, & S. Hieronymus commentario aduersus Iouinianum.

Massageræ, (Asia incole, haud procul à mari Caspio, sanguinati & eruoris humani sitiētissimi, quiq; lac cum sanguine equino mixtum instar nectaris potabant) mortuos deuorabant, imo & parentes senio confectos & morbis afflictos iugulabant, (indignum

Tib. 11.

Euhemer-  
ga mor-  
tuos etiam  
p.Nobilis  
historia de  
Poeta Si-  
monide.  
Val. lib. 1.  
cap. 7.Mortui nõ  
sunt ingra-  
ti ob ho-  
nozem sibi  
collatum.Val. lib. 1.  
cap. 8.Mortui  
honorem  
sibi colla-  
tum per-  
ficiunt.Hom. lib. 9.  
Odys.Bactriani  
defunctos  
canib. ob-  
iciebant,Cic. 1. Tusc.  
S. Hier. l. 2.  
cont. Iouin.



liquidem credebant & miserimum, aliquo morbo oppressum emori) quos paulatim in frustra concisos deuorabant, & summam feritatem humanitatem rati, feliciores credebant eos, qui à propria deuorabantur prole, quam qui à uermibus, auibus ac feris deuorabantur. Hæc Alexander ab Alexandro.

Lib. 3. c. 2.

Tibareni, qui summum in voluptatibus, risu ac iocis bonū statuabant, mortuos quos uiuos dilexerant, ad summam perticē suspendebant, ut ita ad solis æstum & ventum exsiccarentur, ac iucundissimam parentum & amicorum memoriam nunquam amitterent, quos ab oculis suspensos semper gestarent. Scythæ amicis mortuis eundem cum illis tumulum subibant, & graue credebant ab iisdem etiam post mortem abesse. Egyptii defunctis magnificas erigebant pyramides, sibi persuadentes hæc mortuorum receptacula æterna fore & sempiterna.

Quomodo Scythæ & Egyptii mortuos sepelirent.

Iudæi uero aliam sepeliendi rationem & ab aliis gentibus diuersam habebant, defunctorum quippe cadauera in agris desertis, imo & in montibus sepeliabant, atque unaquæque familia sepulcra quædam sibi propria possidebat: quod è sacra scriptura potero astruere, in Matthæo enim legimus Domino Gerasenorum (qui trans Iordanem habitabant, apud quos Strabolacum esse ait, cuius aqua adeo perniciosa est, ut greges eandem degustantes lanam, ungues & cornua amitterent, quæ eundem ipsum esse crediderim, in quem se porci dæmonio agitati coniecerunt, non uero, ut quidam existimant, in mare Galilææ,) terram ingresso duos dæmoniacos sepulcro egressos esse, quod in monte situm erat. Iohannes etiam rex cum uideret plurimos in monte tumulos, ossa eisdem exemit, ut altari Bethel imponeret, uideo apud Matthæum etiam agrum coemi in sepulturam peregrinorum pecunia, quam Iudas in templum retulit. Hodierno etiam in Euangelio cernere est adolentem solenni pompa extra ciuitatem ad tumulum deferri, quod funus multri comitantur & stipant, tum ut matrem afflictam consolentur, tum uero ut defuncto honorem exhibeant: est etenim insignis actus pietatis, honoribus post mortem afficere eos, quos in uita dileximus. *Eccle defunctus*

Matth. 18.  
Marc. 5.  
Luc. 8.

A. Reg. 13.

Matth. 27.

efferebatur. Hunc cum efferi uideo, ueram Mortuus peccantium hic cernere imaginem uideo: peccatorum nam ut ille quoad corpus erat, ita hi quoad collarum animam mortui sunt, & sane uerus horum typus hic erat.

Primo, quemadmodum mors extremum corpori frigus inducit, ipsumque instar glaciæ reddit, ita & animam peccatum: ideo dixit Ieremias, nullum in orbe gelu reperiiri *Ierem. 6.* posse, quod ita rigescere aquam cogat, ac peccatum animam. Et sane Deus cum mundo plagas interminaretur, gelu eidem semissurum iurauit, *Gelu, inquit, sicut sal effundam super terram: ut uero frigus & bruma floribus nocet, ita peccatum uirtutibus animæ.* Idcirco sponsa horti sui uiriditatis studiosa, Boream & Aquilonem coniuurauit, ab horto suo procul spirando recederent, nec eundem perfarent, *surge aquilo: calidos uero & benignos aduocat ut flores faciât excrescere, ueni auister, persa hortum meum, & fluent aromata illius.*

Secundo, mortuus grauis est & instar terræ ponderosus: & in hoc peccator ei similis caro grauis est, nihil enim reperiiri queat, quod cum peccati grauitate sit comparandum, non ferrum, non chalybs, non denique mons plumbeus. Quod ita probetur: nihil est in mundo, quod aquæ maris non sustineant, lapides enim, metalla, marmora nauibus uehuntur, unum tamen Ionam Prophetam peccato grauatum sustinere non potuerunt. Terram ait Psalmista à Deo ita firmam ac solidam creatam, ut concuti & inflecti nequeat, *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in saculum a-culi.* peccatum tamen ita suo eandem grauauit pondere, ut sub eodem fatiscens sub pedibus Chore aperta fuerit, & illum & socios sceleris deglutierit. Cælum uero adeo firmum ac solidum est, ut æneum illud Iob appellare non sit ueritus, *qui solidissimi sunt, sicut are fusi: peccati tam è Angelici pondus & grauitatem sustinere non potuit.* Cælum ecce mare, terra uicium peccatum sustinere nequeunt, tu uero anima mea tanta tamque grauita humeris imposita geris, an non igitur uereris, ne succumbat, non metuis ne te dehiscens terra deglutiat? quam obrem onera humeris deponere, & te quanto cyus exonerare.

Tertio



*Peccator  
vita caret.*  
Tertio, mortuus fuerit, non minus etiam peccator, sepulchrum enim patens est guttur sorum. Mortuus etiam vita caret, caret etiam peccator, & quamuis exterius viuere videatur, intus tamen mortuus est. Peccatum enim fulmini simile est, quod enssem saepe in cineres & fauillas redigit, vagina integra, illud n. corpori parcens, animam interfecit. Scriptum enim est in Apocalypsi, *Nomen habes quod viuas, & mortuus es*, quin & sapiens, *vidi*, ait, *impios sepultos, qui etiam dum adhuc uiuerent, in loco sancto erant.*

*Apoc. 3.*  
Quarto, ex animis nihil videt, nihil audit, non loquitur, nihil denique sentit, nullum denique vitae signum praefert. Idem omnino in peccatore cernere est, qui nec oculos, linguam, sensum, vel aures habet. Neque enim sentit vulnera quae illi a peccato infliguntur, nec diuinas comminationes & flagella percipit, quibus Deus eum ad poenitentiam excitare conatur: quos enim excipit ictus non sentit, nec vlla ratione eiusdem permouetur, ac proinde ita loquitur apud sapientem, *Vulnera uerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi.* Corpora uiuentia sentiunt, & minimam aciculam puncturam sentiscentia sese retrahunt, ut semel exanima & mortua ne sagitta quidem vulnus percipiunt. Id ipsum de animabus esto iudicium, quae enim in Deo uiuunt, sensu praeditae sunt, & peccata etiam uenialia calidis lacrymis eluunt: at quae per peccatum mortuae sunt, etiam maiora, quae mortalia dicimus, vix sentiunt, & de grauissimis sceleribus admissis nihilum sollicitae sunt. Peccator igitur sensitiua potentia destitutus est, & mortuo huic adolescenti non absimilis.

*Thren. 19.*  
*Psal. 30.*  
Sepulcra terra obliuionis dicuntur.  
Eccle defunctus efferebatur. O rem deplorandam! eodem ipse die quo adolescens hic, domus delictum, matris spes & solacium obiit, eodem etiam elatus est, nemo namque eum sustinet, & domesticis omnibus grauis est. Quam hominum ingratitude culpans Psalmographus aiebat, *Obluioni datus sum tanquam mortuus a corde.* Conquestus enim rex hic exiguum suorum erga se affectum & sui quando aduersis premebatur obliuionem, ait se illis grauem fuisse, ut mortuus aliquis domesticis. Atque haec etiam ratio est, cur sepulcra terram obliuionis metaphorica lo-

cutione appellari, nemo siquidem sepulcorum recordatur, nunquid cognoscitur in tenebris mirabilia tua? & iustitia tua in terra obliuionis? Quo loco doctissimus Genebrardus, per terram hanc obliuionis, infernum interpretatur, in quo Deus impiorum penitus obliuiscitur, vel etiam sepulcrum: quod defunctorum memoria, quamprimum e uiuentium tabulis & ephemeridibus eradatur, iuxta Psalmographum, *sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius.*

Magnam Martha Bethanienensis sollicitudinem ac diligentiam ostendit, ut frater Lazarus sanitatem recuperaret tum litteras ad Christum, quem fratris amicum credebatur, scribendo: tum etiam pra magno affectu lacrymando: at quamprimum & mortuus est, eius oblita est, imo fetorem cadaueris ferre non valebat, *Quatriduanus est & iam fetet.* Quamdiu uiuimus, amicitiam colimus & fouemus, at ubi vitae fax extincta est, & sepulcrum subiimus, nullus restat amicus, & nulla nostri apud mortales uiuit memoria. Quod e morte adolescentis huius facile colligere est, qui quamdiu uegetus erat & sospes, domus erat columen, parentum gloria, & matris deliciae: at ubi viuere desuit, & animam efflauit, efferrur, nemo illius societatem ambit, omnes ab eo redeunt.

*Ioan. 1. 1.*  
Eccle defunctus efferebatur. Mortuus erat hic adolescens, & efferebatur. Primo, quod esset orphanus & patre careret. Plurimi pro dolor hodie emoriuntur, quod patre orbati sint, vel si uero pater in uiuis sit, quod negligens sit in bene instituenda familia & ad virtutem commouendo, cuius negligentia saepe causa est mortis filiorum. *Thren. 5.*  
*Pupilli facti sumus absque patre, matres nostra quasi uidua.*

Secundo, quis scit an non adolescentis huius adolescentia mortis illius causa fuerit? ipsa enim ignis est, qui cum negligitur, vitae nostrae telam succendit: humor quidam feruens est, qui cum non temperatur, omnia commouet, concutit & perturbat: aetas quaedam prodiga est & dissoluta, quae nisi coepescatur & retineatur, omnem temporum & anno-

*Psal. 87.*

*Ibid.*

*Ioan. 1. 1.*

*Mortuorum nemo meminit.*

*Parentum saepe causa est mortis filiorum.*

*Thren. 5.*

*Iuuentus saepe in causa est, ut dies nostri abbrevietur.*

*ru-n*



Prov. 30.

rum facultatem dissipat. Est denique quartum illud, quod se ignorare ait, in Prouerb. Salomon. *Et quartum penitus ignoro, viam viri in adolescentia.* Hinc Arist. adolescentiam ratione destitutam esse ait, & cholera, igne, flamma & inordinatis passionibus aestuantem, quæ in hac ætate potissimum se exerunt.

1. Ethic. 9.

At qualis est hic adolescens mortuus: *filium unicum matris suæ.*

VI. Mors vnigenitorum intolerabilis.

Euangelista viduæ huius calamitatem & infortunium exaggerans, dicit unicum tantum ei fuisse filium, tulerum domus, lumen oculorum, baculum senectutis & omnium facultatum heredem. Tristis profecto casus: soleat enim lacrymæ & dolor, iuxta amoris magnitudinem & dilectionis vehementiam mereri. Atqui maternus erga unicum filium amor adeo vehemens est, vt Daud rex affectum quo integerrimum suum Ionatham prosequeretur, exprimens, materno erga vnigenitum amoris illum æquipararit. *Doleo super te mi Ionatha, quia sicut mater unicum amat filium, ita ego te diligebam: atque hæc etiam ratio est, cur Ieremias populum monuerit, vt luctu vnigeniti peccata sua plangeret, Luctum vnigeniti fac tibi, item Amos cap. 8. & Zacharias cap. 12.*

2. Reg. 1.

Exemplo rem simili confirmabo, recordemini quæso suspensorum, & lamentorum, quæ dolens illa Anna Tobix mater illo absente effudit, *Heu, heu me, fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solatium vitæ nostræ spem posteritatis nostra.* At cogitate potius lacrymas & vehementes preces, quibus prudens illa Thecuzitis, apud Dauidem vnigenito veniam conata est impetrare, quamuis non suo, sed Absalomo, *Mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus: & ancilla duæ erant filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusq; erat qui prohibere posset, & percussit alter alterum & interfecit eum. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit, trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus heredem, & quarunt extinguere scintillam eam, qua relicta est, vt non super sit viro meo nomen & reliquia super terram. Hinc vobiscum dispicere potestis, quantus matris*

Tob. 10.

2. Reg. 14.

huius luctus & tristitia fuerit, unicum dum amittit filium, *unicum matris suæ.*

O arcana & mirabilia Dei iudicia! pluri-  
mi abundant bonis, & carent liberis. alii ab-  
undant liberis, & carent facultatibus: alio-  
cia. pulenti sunt, & non nisi unicum habent pro-  
lem, quæ etiam sæpe Deus aufert. At cur hoc  
ita fiat, nemo potest inquirere, nemo profun-  
das illas diuinorum iudiciorum & consilio-  
rum abyssos penetrare. Hoc autem certum  
est, esse hæc infirmitatis & malorum nostro-  
rum remedia: quod similitudine quadã red-  
dam manifestius. Medicus si varios habeat,  
quos medicari velit eis; diuersis vexatis in-  
firmitatibus, varia etiam pro cuiusq; morbi  
ratione adfert remedia & medicameta: huic  
phlebotomiam præscribit, huic alui purga-  
tionem, alii cucurbitas adhibet: illi rhabar-  
barum conducere assentit, huic sirupos & cle-  
ctuaria, alteri denique cataporia, emplastra,  
& malagmata, non secus etiam Deus anima-  
rum nostrarum medicus, quæ quoniam di-  
uersis afficiuntur morbis, diuersa quoque in  
iisdem persanandis adhibet remedia. Huic  
aufert bona vt Iob, illi liberos, vt Dauid, a-  
liis infamix notam inurit, vt honestæ ma-  
tronæ Susannæ: aliis denique unicum aufert  
prolem, vt huic viduæ.

Cur putatis, toties in sacris litteris Leonis  
mortem comparant, est apud Isaiam impi-  
mis, *Quasi leo sic construit omnia ossa mea?*  
tum quod crudelis sit quam maxime & ne-  
mini parcens, tum vero quod via, per quas  
hominem aggreditur & inuadit incertæ sunt  
& occultæ. Leo enim dum per aestuantes Af-  
fricæ arenas incedit, vestigia impressa, cauda  
per terram serpenti, delet, vt, cum nulla ap-  
pareant vestigia, nemo resciat, quo secesse-  
rit, aut vbi cubilia locarit, atq; ita semper se-  
curus obambulat. Idem imitatur & mors: ne-  
mo enim rescire potest, quibus viis accedat,  
qua ratione oppressura sit, ne frigore emoria-  
ris, times, quod vt euites, consecraris calida,  
vina, aromata, aliaq; vehemētia, atq; hinc  
febris nascitur, quæ te hinc abripiat, in ortis  
igitur vestigia nequeunt agnosci.

Ad hæc Leo ad clementiam & benignita-  
tem pronus est, libenter ignoscit, & dimittit.  
tibus remittit: ita quoq; mors cū Dei seruis  
agit

Mirabilia  
Dei iudi-  
cia.

Simile

Iob. 1.  
2. Reg. 12.  
Dan. 13.

Mors Leo-  
ni compe-  
ratur.

Dan.

Mors  
Leo-  
ni com-  
paratur.



agit & iustis, quod ut confirmet, historiam  
 producit propheta illius stolidi, quem Deus  
 ad Ieroboam misit, vetans ne apud illum, vel  
 apud alium quemquam cibum sumeret: at eum  
 à Pseudopropheta ad prandium esset iuita-  
 tus, & apud eum comedisset, in via à leone  
 fuit dilaniatus: qui tamen leo adeo se huma-  
 num ac benignum præstitit, ut nec sanguinẽ  
 eius biberit, nec membra dilaniarit, imo ne  
 equo cui Propheta infederat, vllum damnũ  
 intulerit, nec prius ab eo recesserit, quam ab  
 aliquo terræ mandatus esset. Cuius rationẽ  
 reddens Gregorius ait, primo eum occisum  
 ut præuaticantem & Deo inobedientem, at  
 seruatum ut Prophetam & Dei ministrum.  
 Quidquid de rei veritate sit, mors læna est  
 quæ nec adolescenti, etiã vnico matris filio,  
 parcat. Cum pompam & apparatus illũ fu-  
 nebrem quo adolescens hic ad tumulum de-  
 fertur, considero illustri eum familia natũ &  
 opulentum fuisse comperio, plurimi namq;  
 funus comitantur, nõ illius solo intuitu, sed  
 maiorũ: ita facit & mundus, neq; enim tanti  
 ille propriam virtutem, quanti maiorum di-  
 gnitatẽ & honorem facit. Hæc sc. trutinã est  
 cui mundus homines impositos ponderat,  
 non enim videt quæ nostra sunt, aut quæ no-  
 stro in horto creuerunt, ut mercedem inde  
 nobis aliquam reddat, at solam quæ aliena  
 sunt & quæ hereditate ad nos deuoluta, quã  
 obrem cæcus merito iudex poterit appellari.  
 Mundus reuera idem nobiscum agit, quod  
 olim adoratores Nabuchodonosoris, qui re-  
 lictõ rege adorarunt statuam eius, & genu  
 flexo eidem supplices facti sunt: ita quoque  
 mundus non adorat hominem, nec meritis  
 meritis afficit honoribus, sed imagines tu-  
 mosas & inanes maiorum statuas colit. Hæc  
 scilicet mundi stultitia.

Aliud etiam in fronte adolescentis huius  
 epigramma in scriptum lege, non semper, sc.  
 filios parentibus esse similes, sed breuiã pa-  
 rentum degenerare virtute, & facinoribus.  
 Statua Nabuchodonosor caput habebat au-  
 reum sed quo descendebatur profundius,  
 quo & metallum vilescibat magis, ut tan-  
 dem in luteos pedes descenderit, ita quoque  
 in mundi statua membra caput non refe-  
 runt, nec parentes filii, sæpe namq; patres &

Tom. 2. Pars Æstiuã.

capita aurea sunt, filii non nisi ferrei plumbei  
 & lutei.

In genealogia Christi primi patres fuere  
 aurei Abraham, Isaac & Iacob, sed postero-  
 res fuere adulterio & idololatria infames.  
 Quod Isaias Propheta deplorans ait, *E radi-  
 ce colubri exiit basiliscus*, id est ætas parẽtum  
 peior auis, mox datura progeniem vitiosio-  
 rem, & è parentib; sceleratis filii prodibũt sce-  
 leratissimi, alibi vero ait, *propterea plantabis  
 plantationem infidelẽ, & germen alienum semi-  
 nabis*. Id est, Egregiam & secundam Ecclesie  
 vineã plantasti Domine, sed sterilem in septis  
 infidelium tibi sũculos produxit. Nulla au-  
 tem in orbe reperitur herba, quæ fructum  
 proferat aut florem principio suo contrariũ:  
 rosa rosam, flos florem, spinam spinam? at si spi-  
 nam rosa, & flores alienum quid proferrent,  
 prodigiũ loco id haberetur. At hoc non nisi in  
 humana natura reperitur. Reuertamur ad  
 adolescentẽ nostrum, qui præterquam quod  
 adolescens, & quidẽ vnicus esset, viduẽ etiam  
 filius erat. *Et hæc vidua erat*. Minutim singu-  
 la Euangelista commemorat, ut eo magis fi-  
 lit huius mortẽ exaggeret & matris luctum,  
 simulque, ut demonstraret, quam singularem  
 Deus viduarum rationem habeat, cum hu-  
 ius respectu hodie tam celebre miraculum  
 edat. Deus enim parronus & adiutor pupillo-  
 rum est & viduarum. vnde David, *Dominus  
 custodit aduersas, pupillum & viduam suscipiet*.  
 Illorum protector est: testatur id eius nomi-  
 ne Moyses, *Vidua & pupillo non nocebitis, si la-  
 seritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudia  
 clamorem eorum & indignabitur furor meus,  
 percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestra  
 vidua, & filij vestri pupilli*.

Consolamini igitur viduã, sumire ani-  
 mos orphanum: Deus vestrum se iudicem fore  
 pollicetur, & si forte coram tribunalibus ei-  
 uilibus ius vobis non administratur, in celo  
 & viduarũ.  
 coram diuino haud dubie æquitatem vestrã  
 obtinebitis. Confirmat hoc Psalmista, *Tur-  
 babuntur à facie eius patris orphanorum & iu-  
 dicũ viduarũ*. Protector etiã vester est, quod  
 asserit sapiens. *Non despicies preces pupilli, nec  
 vidua si effundat loquelam gemitus*. Denique  
 tutor, quod egregie Mathæus ostendit,  
 qui Dominum Phariseis obiecit ait, quod

M m

bona



Luc. 21.

bona viduarum deuorarent. Oblatio quoque illa viduæ apud Lucam, quæ minuta duo in Gazophylacium misit pluris à Christo facta est, quam pinguis & opulenta Pharisæorum donaria.

2. Reg. 14.

Cordata quoque illa Theeuitis quæ Absalomoni veniam impetratura, Dauidi ad pedes procidit, quo citius & melius exaudiretur, à Ioabo consilium accepit, ut viduæ habitum assumeret & formam Heliodorus templum Ierosolymitanum expoliaturus, à Pontifice inhibitus fuit huiusmodi facinus aggredi, quod pecuniæ essent, quæ in pupillorum & viduarum alimenta sustentationemque impenderentur. At cum bene consuleti sanguinolentus ille tyrannus nollet credere, duo iuuenes eius se conatibus opposuere, viduarum patrocinium assumentes, qui tam acriter & grauiter in eum animaduertere, ut & conatu eum desistere coegerint & vita pene spoliarent. Ecce hoc etiam loco Christus in viduarum fauorem, misericordia motus, luculentum miraculum edidit.

*Misericordia motus super eam.* Matris ecce miseretur, cum vnica eam orbatam cernit prole, filii quoque miseretur quod ad mortem eum damnatum, & in cineres & putredinem redigendum sciret: quod in signis quædam historia faciet manifestius. L. Claudius grauissimi criminis accusarat L. Pisonem, qui cum iudicum sententia iam iam condemnandus esset, eorum genibus opem implorans aduolutus est, quoque magis eos ad misericordiam flecteret, luto faciem oppleuit, quo facto ita omnium animos ad sui misericordiam permouit, cunctorum ut suffragio fuerit absolutus. Id ipsum præstitisse hic videtur & Christus, videns enim faciem illius præ morte pallescentem, & iam iam illum in cineres & putredinem redigendum, illius miseratus est, tacite quodammodo dicens. Quamuis hominem è limo & luto condiderim, tamè, ob iustitiæ originalis donum & arboris vitæ mirabiles influxus, immortalis erat: at quam primum ut peccatum admisit, morti & cineribus adiudicatus est: quem quoties ita deformatum & miserum intueor, non possum quin illius miserear, & benignum me erga illum ostendam Hocce mihi suggestit David,

dum quodam Psalmi loco ait, *Recordatus es Psal. 66. quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius.* Illius opem etiam implorans Iob, aliud efficacius ad eum permouendum argumentum non deprompsit, quam lutum se & cinerem ostendendo: *Memento quod sicut lutum Iob. 10. feceris me, & in puluerem reducas me.* Idem ipsum argumentum hodie Dominum permouet, ut mortui eiusque matris misereatur.

*Misericordia motus super eam.* Adeo ut miseræ huic viduæ lacrymas abstergeret, & eamdem in maximis doloribus consolaris dixerit, noli flere afflicta mater, neque enim omnia tua spes concidit aut amissa est, videbis diuini filium, & ille te, ostendam tibi siquidem ob oculos, quo in viduas sim affectu, quam pronus semper & proclius in istis iuuandis. *Noli flere, siste lacrymas, cessate suspiria, desinant lamenta, inhibe fletum, quasi diceret, si scires mulier, quot quantisque bonis cumuleretur, qui hinc in morte abripuntur non feres profecto, imò filio congratulareris, Salomonis secuta consilium, qui se magis mortuos, quam viuentes laudasse ait.*

Solebant Persæ, ut huius rei veritatem ostenderent, mortuos purpura, quæ regum & triumphantium vestis, induere, & lauri ramum in manus tradere: & hoc modo felicem mortuorum statum, & ingentem Deorum in eisdem benignitatem bonitatemque declarare, qui illos à vitæ huius militia liberatos in alia pace florentem & bonis omnibus cumulata, quiete floridam (quod lauri ramus denotabat) deduxissent. Quod olim veteres mystico hoc schemate denotarunt, hodie Christus miraculis ostendit, dum matrem in filii funere lacrymantem, sistere iubet fletum, eam consolaris, filio imperat, ut feretro surgat.

*Adolescens tibi dico surge.* Dominus igitur feretrum accedens, eiusque manum & mortis fauces apprehendens, illi imperat, ut surgat, huic vero ut hinc decedens adolecentem viuum sistat, *Surge adolescens feretro, loculo egredere, spiritus vitales & vitam depositam resume.* Et ecce mortuus surrexit in pedes stans, & simul nos docet, si è peccato surgere, vitam meliorem ingredi velimus, de morte nobis esse cogitandum, quæ communis omnium nostrum hostis est, quiq; non minus inuentæ feroci, regis potentia



tentia & maiestati, quam imbellis senectæ poplitibus, & pauperum tabernæ parcit.

Esd. 31.

Moses Hebræis idololatriæ morbo affectis, & viruli adorati veneno infectis salutare præscripsit antidotum: vitulos namq; quos cõflarant in cineres redegit, eosq; morbosos voluit imbibere, vt quod adoratum illis malum & perniciem attulerat, in cineres & minutum puluerem redactam, afferret remedium & languidis medicamen foret. Quid non adorant in mundo homines? hic mulierculas, ille pecunias: alius honores, alius dignitates & munia, omnes deniq; meram vanitatem. Hęc omnia in cineres redeant, & continua quadam consideratione imbibant, & præsentissimum morbis suis remedium experientur.

Mortis memoria vtilis &amp; salutaris.

4. Reg. 4.

Naaman à lepra iam purgatus, duo plaustra terræ Israel in Syriam aduexit, ne imposterum idola adoraret. Quid hic docemur? nihil profecto aliud, quã eos, qui memoriæ & intellectus plaustro cineres mortis imponunt, eosque semper in oculis gerunt, fidele Deo obsequium exhibituros, nec mundi idola adoraturus.

Psal. 118.

Expertus hoc erat Dauid, & quotidie hocce collyrio oculos abluebat, ait quippe de se quõdam loco, *Consideraui vias meas & conuersti pedes meos in testimonia tua*, vidi, inquit, in via me mea errare, ideo aliud iter institi, & Dei vias ingressus sum. Vel *consideraui vias meas*, id est, nouissima mea, mortem, iudicium, infernum & gloriam cœlestem, & hęc me meditatio induxit, vt vitæ meæ pedes conuerterim, cumque in perniciem & perditionem tenderent, in semitam salutis eorundem reuocaui & reduxi.

Quamprimum autem vt Christus impetrasset vt surgeret, surrexit in pedes, stetit, matrem amplexus est, & omnes in admiratione rapuit. Similem omnino casum in Regum historia legere est, & æque prodigiosum: Mortuus quidam magna hominum multitudine comitante ad sepulcrum extra urbem deferebatur: sed ecce apparent eminus latrones Moabitæ, qui omnem hanc turbam in fugâ coniecere, adeo vt cadauer abiecerint & fugiendo vitæ consuluerint. Sed forte fortuna in Elisæi sepulcrum nihil minus cogitantes

4. Reg. 13.

illud deiecerunt, quamobrem mox vt sacra vatis ossa tetigit, ad vitam rediit rediuiuum & vna cum ceteris fugæ se dedit. *Quidam autem sepelientes hominẽ viderunt latrunculos & proiecerunt cadauer in sepulcro Elisæi, quod cum tetigisset ossa Elisæi, reuixit homo, & stetit super pedes suos.* Hic igitur idem omnino miraculum cernere est, ille defunctus Elisæi ossa tangit, & viuit, hic Christus manu feretrum contingit, & adolescens erectus stetit in pedes, vt omnes in admirationem raperentur, vtiã & vos, Auditores.

Quamobrem ipsum demiremini, & animo voluite, quidquid in adolescentis huius resurrectione peragi videris: ad litteram de mortuo hic sermo est, sed vobiscum statuite, mystice de peccatore hęc omnia intelligi posse illius mortuum est corpus, huius anima, & vterque in misero versatur statu: ille mortis horrorem, hic peccati periculum aperit: primum euitari nequit (mors enim communis omnibus,) alterum potest, & euitandum est. Peccatum igitur fugite, mortis recordemini, vobisq; persuadeate, nemini illam parcere, non nobili, non iuueni, non in dignitate constituto, non diuitiis abundanti: omnes ferit sine vlllo respectu aut intuitu. Testis sit adolescens hic, qui vnicus erat matri suæ, honesto loco natus, in ætatis flore constitutus, ad magna natus, diuitiis & honoribus destinatus: mors tamen ei non parcit, sed in altero vt compareat mundo, corã diuino tribunali imperat De morte igitur cogitate mortales, nobiles, iuueniculi, diuitiisque abundantes, mortem semper in oculis gerite, & adolescentem hunc pallidum vobis proponite.

Dici autem non potest Domine, quam mortis sit memoria vtilis & salutaris quin etiam necessarium est, vt qui olim præclarum hoc edidisti miraculum, noua iam etiã edas & similia, id est, animas nostras exanimas, redanimas, & ad vitam reuoces. Sunt siquidem peccato mortuę, quas si manu misericordię tuę tetigeris, vitam illis haud dubie restitues. Sunt enim filia vnica, vnde Propheta, *de manu carnis vnica meam*: sed iam am tumulo, nisi succurras, inferendæ. Ecclesia, quæ earum mater est, gemit, plorat, & lu-

Psal. 21.



ger, ipsa est vidua illa, quae iucundissimo tuo conspectu viduata est. Hanc igitur consolare, illius lacrymas te permoueant, illius filios exsuscita, qui cum semel ad vitam redierint, magno in te affectu laudum caetica in hoc mundo tibi deproment; expectantes hinc interim, donec in altero te dilaudent, ad quem Pater, & Filius & Spiritus sanctus deducant, Amen.

Aliam concionem vide in Quadrages. ser. 5. post Dom. 4.

DOMINICA XVI. POST  
PENTECOSTEN.

Partitio.

- II. De inuidia adumbrata.
- Id. De peccato malitia in Sabbatho.
- III. De Pharisaeis Christi obseruatoribus.
- IV. De aliorum censore ipso inprimis culpabili.
- V. De ingressu Domini in domum.
- VI. De hydropico.

Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisaeorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

FIGVRA.

2. Reg. 13.

**A**balom Dauidis filius ex Maacha filia regis Gesur progenitus, quo nullus vnquam inter mortales vixit pulchrior & elegantior, sed qui deinde nefcio quo dominandi aastro percitus, aduersus patrem virum mirissimum conspirauit, quo se iniuriam ab Amnone fratre tum sibi, tum sorori inprimis, illatam vlceretur, epulum sollenne instruxit, in quo vitae eius terendit insidias. Hodie vero populus Iudaicus, omnium mundi nationum caput ac rex, nefando quodam affectu in transversum actus, vt se de Iesu Christo fratre suo secundum carnem vindicaret, Pharisaeum quoddam conuiuium adhibet, vt eum insidiosè circumueniat, & vitam illius in discrimen vocent. O proditorem, & perfidiam detestandam! Sed o bonitatem incredibilem! variae illi struuntur insidiae; ipse tamen edit miracula, & hydropicum sa-

nat. De hoc hodierna die locuturus sum, auxilium si spondeat Paraclitus spiritus, & ope intercedendo Deipara. Idcirco salutatione illi offeramus Angelicam, *Aus Maria.*

Ingenio & eruditione praestans Alanus, & aeterno proinde dignus nomine, cum inuidiam mentionem faceret, ita eandem descripsit, *Inuidia quod monstruosus monstrum? aut quod damnosus damnus? quae culpabilior culpa? quae poenator poena? Hac est erronea coacta abyssus, humana mentis abyssus, contentioni stimulus, corruptionis aculeus.* Et bene quidem, nam omnes ad vnum Patres illi suffragantur, qui miris quibusdam coloribus, ipsam depinxere.

S. Cyprianus in primis Afer natione, Episcopus Carthaginensis & Martyr sub Imp. Valeriano circa annum salutis CLX. quodam loco ait: *Inuidia radix & malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum, mater inculparum: mala cetera habent terminum, inuidia autem est malum: ingiter permanens & sine fine peccatum.* Inuidiam autem alio loco describens, asserit hunc bestia ab similem non esse. Hinc, inquit, *uultus mirae & bonus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stupor in dentibus, verba rabida, effrenata conuitia, manus ad caedum violentiam prompta, etiamsi a gladio interim vacua, odio tamen furiosa mente armata.*

Prodeat post hunc magnus Augustinus; *Serm. de Inuidia, inquit, est filia superbia, iussit a matrem verb. dicit. Et non erit filia, &c. Inuidia est odium aliena felicitatis respectu superiorum quia eis non aequatur, Inuidia respectu superiorum ne sibi aequentur, respectu pariorum, quia sibi aequentur.* Imo vero longius alibi in eiusdem descriptione procedens, vitium id diabolicum appellauit, quo solo *diabolus reus est & inexcipiabiliter & in sempiternum eius: Christus neque enim Lucifer ad inferos derusus est, quod aliena diripiisset, iniustam necem intulisset, alterius thorum violasset, sed quod homini inuidisset.*

Alia longe & sane terriora illi elogia; & colores exoticos tribuit Chrysostomus. *Inuidia, inquit, pestiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in demonem immittissimum conuertit. Per eam mors venit in mundum: eam suadente interfecit Abel; Dauid vita periculum aauit & Christus Iesus in crucem actus.*

Ante: